

Correction

Vides primo ædes aut domicilia quatuor, ante earundem fores personarum sectas stantes totidem. Stat primo maior comœdiæ agentis pars, Symo civis Atheniensis cum suis seruis et filio suo Pamphilo. Qui filius cum ex suo arbitrio uiuere inciperet, **incœpit amare quandam puellam dictam Glicerium**, cui et fidem eam uxorem uelle perpetuo tenere dixit, stuprauit, imprægnauit. Illa depicta iacet parturiens in domo superiori contrarie opposita, Crisidis scilicet. Quæ mulier **aduenata erat ex Andria insula, Athenis aliquamdiu moram traxit**, ibique finalis necis dispendia soluit. Prius tamen in naufragio in mari Ægeio facta, puellam quæ ex naufragio enatauerat forte quæstus causa cum forma erat suscepit ; quæ cum nomen eius nesciret, Glicerium est uocata ; **quam et honeste educauit et amauit plurimum** ita quod omnes illam ut sororem Crisidis reputabant.

1) **incœpit amare quandam puellam dictam Glicerium**

il commença à aimer cette jeune fille appelée Glycère.

2) **aduenata erat ex Andria insula, Athenis aliquamdiu moram traxit**

elle était originaire de l'île d'Andros, elle passa beaucoup de temps à Athènes.

3) **quam et honeste educauit et amauit plurimum**

elle éduqua celle-ci de manière honorable, et l'aima beaucoup.